

845-6#102

**EMPIRE  
DE  
Solvazan**

JC393  
.C3  
S65  
1779  
c.1



1080046801

D. JOSEPHUS  
DE SOLORIO  
PER EYR.  
JURIS UTRICUSQUE INSTITUTI  
EX IURE ET MILITA DILECTO JACOB  
SCHMIDTUS SEBASTIANUS  
ET C. F. G. CARTINI CENSU MS  
CENSUS DE PIAZZA SENATORIS  
CENTUM.

D. JOANNIS  
DE SOLORZANO  
PEREYRA,  
JURIS UTRIUSQUE DOCTORIS,  
EX EQUESTRI MILITIA DIVI JACOBI,  
ET IN REGIIS SUPREMIS  
CASTELLÆ, ET INDIARUM CONSILIIS  
ANTIQUISSIMI, ET JAM EMERITI SENATORIS,  
EMBLEMATA CENTUM,  
REGIO POLITICA.

LIGNEIS LAMINIS AFFABRE CÆLATA, VIVIDISQUE, ET LIMITATIS  
carminibus explicita, & singularibus commentariis affatim illustrata:

QUIBUS, QUICQUID AD REGUM INSTITUTIONEM, ET RECTAM REIPUBLICÆ  
administrationem conducere, & pertinere videtur, summo studio disseritur.

OPUS VEL IPSA VARIETATE, ET UTILITATE RERUM, ET MATERIARUM, QUAS CONTINET,  
expetendum, & omnium Facultatum Professoribus summogere necessarium.

Cum quadruplici Indice absolutissimo. Primo, uniuscujusque Emblematis mentem complectente. Altero  
loca Sacrae Scripturæ. Tertiò, Leges, & Canones, quæ citantur, & illustrantur, designante.  
Et quartò, copiosissimam rerum omnium, & sententiarum farraginem, quæ in toto  
opere continentur, ubertim Lectionibus effundente.



SUPERIORUM PERMISSU ET PRIVILEGIO.

MATRITI:

In Typographia Regia, vulgo de la GAZETA.

MDCCCLXXIX.

J C393

• € 3  
565

1779

D. PHILIPPO IV.  
HISPANIARUM, ET INDIARUM REGI  
OPT. MAX.

DOCTOR D. JOANNES DE SOLORZANO PEREYRA,  
suæ Majestatis in Supremis Justitiæ , & Indiarum  
Consiliis, Senator.

S. P. D.

**L**nter plura quidem edita sive mandata , Rex omnium maximè , & potentissimè , quæ Augusta Majestas tua , variis temporibus , suis omnium ordinum Senatoribus , ac Magistratibus , non minori pietate , quam prudentia direxit , quò eosdem acrius ad Dei cultum summo studio curandum , & justitiam æquo libramine appendendam , attentiores efficeret . Illud caput extulit , quod initio anni M.DC.XLIII. ingruentium bellorum occasione , & ob justas alias , & graves causas , imminentesque calamitates , quæ præsentissimum Divini Numinis auxilium desiderabant , in Supremo Status Consilio viva voce proposuit , & aliis inscriptis transmitti mandavit . Eisdem ardenter Regii sui pectoris zelum in Dei obsequium , & commune totius Hispanæ Monarchiæ bonum aperiens , ac tali ac tanto exemplo , ut ipsum ipsi , sua quisque pro parte , curarent , his verbis adhortans .

Los aprietos en que nos hallamos piden toda mi persona, atencion, y cuidado para su remedio. Y con este fin he suplicado á nuestro Señor, que me alumbre y ayude con sus auxilios para satisfacer á tan grande obligacion, y cumplir enteramente con su santa voluntad y servicio, pues sabe que ese es mi deseo unico. Y juntamente ordeno y mando expresamente á ese Consejo, que lo que es de su parte me ayude á llevar esta carga, como lo espero de su zelo y atencion.

I. Y le encargo en primer lugar el cuidado y vigilancia en evitar ofensas de Dios , y en que se guarde firmemente su Santa Ley , sin que por ningun caso de la tierra se dispense en la mas minima parte ; pues mas quiero perder mis Reynos juntos guardandola , que recobrar quanto se ha perdido , si ha de ser con riesgo de pisar la raya de los Divinos Preceptos.

II. En segundo lugar os ordeno, que pongais grande atencion en la administracion de la justicia, sin mirar á respeto humano ninguno, ni dexar de executar la por fines particulares: pues si en esto hubiese algun descuido, ademas de la cuenta tan estrecha que haveis de dar á Dios, os la tomaré Yo tambien, y castigare con gran rigor á qualquiera que entendiere que no cumple con lo que debe Dios, y á su Rey.

III. En tercero lugar os mando con toda precision, que siempre me tratéis verdad lisamente, aunque os parezca que sea en cosa contra mi gusto; que aunque esto cierto, que si Dios no me dexa de su mano, Yo no le tendré en nada que sea contri-

lo que os digo, como hombre puede ser que falte en algo. Y para en este caso es quando mas he menester que mis Ministros me hablen claro, y no me dexen errar. Y mirad que os pediré estrecha cuenta á todos, si haviendo declarado Yo en esta forma mi voluntad, vosotros no cumplis con ella.

IV. Tambien os mando, que se tenga gran cuidado en el secreto, porque sin él no se puede gobernar como se debe. Y creo que ha havido poco cuidado en esto, y que se habla fuera de los Tribunales en los negocios mas de lo que fuera razon.

V. Fio de ese Consejo, que atenderá con cuidado á executar lo que inviolablemente le ordeno. Y que con el amor que me tiene, y zelo de mi servicio, obrará de modo en mi ayuda, que Yo, y vosotros descarguemos nuestras conciencias, y se abra puerta al bien y quietud de esta Monarquia. Y espero en nuestro Señor, que ha de usar de misericordia con nosotros, y que á mí me ha de dar lugar para acertar á executar mis deseos, y á vosotros para aconsejarme lo mejor, y para cumplir enteramente con vuestras obligaciones.

Quæ quidem jussio, sive exhortatio, ita mihi pia, gravis, & prudens visa fuit, omniumque ferè documentorum locupleti penu referta, quæ ad rectam, & christianam cuiuslibet Regni administrationem conducere possint, ut statim calamum sumpserim, ad eam extollendam, justisque encomiis, & commentariis ornandam; simulque omnibus ostendendum, quām sit certum, ut cor, ita & labia regum in manu Domini esse, atque adeò ab illis, *ut bene Themistius* (a) scriptum reliquit, quamvis Platonis dogma minimè ore pronuntient, neque Aristotelis scripta pervolvant, nihilominus, quæ illi, atque alii Philosophi, post magnum studium senserunt, vel literis tradiderunt, re ipsa atque factis enuntiari, & comprobari, quin, & sapè saepius exuperari. Veram simul reddentes prisorum Philosophorum sententiam (quæ nulli justius meliusve quam tibi, aptari, Rex maximè, potest). Certis nimirū temporum vicibus, heroicas, ac divinas quasdam animas, ad Regnorum Provinciarumque salutem, ē cœlo in terras labi. Neque rem novam in hoc labore sumendo facere mihi videbar, cum apud priscos Jurisconsultos in more positum comperiamus (b), ejusmodi orationes Imperatorum, qui suo tempore florebant, congruis commentaryibus illustrare.

Quæ etiam ipsæ, ubi hoc honore dignæ videbantur, æreis, imo, & aureis interdum laminis, insculpi solebant, & in Curia figi, & singulis annis Senatu publicè (c) recitari. Jure quidem ac meritò, nam, ut cum Cassiodoro (d) loquar: *Omnia bona cumulat lingua diserta.* Famaque temporum de legitima, atque eloquenti jussione generatur, ut penè feriata sit districcio, ubi prævalet eloquentie fortitudo. Dixeré quippè Imperia posita, quasi præmia suscipiuntur, & vetus fuit Populi Romani vox ad Imperatorem Alexandrum Severum (e): *Omnès rectè faciunt omnia, quia tu rectè imperas.* Quod tunc maximè locum habet, cum ab ipso jubente, prout in te accedit, disciplina incohatur, qui semper optimus, & efficacissimus modus jubendi, & suadendi habitus fuit, ut pleniū alio loco (f) probabo. Ceterum, cum per ipsum tempus, quo Ego hanc scriptio-

nem

(a) Themist. orat. 9.

(b) Brisson. lib. 1. select. antiqu. cap. 16. Contius pag. 567. Kanil. & aliis verb. Oratio.

(c) Lips. in nota. ad Tacit. 13. ann. pag. 213.

(d) Cassiod. lib. 8. epist. 13. & lib. 6. epist. 5.

(e) Xiphil. in Alexand. Sever.

(f) Ego infr. Embl. 29.

nem parabam, in manus meas pervenisset elegans, & verè ad asciam dedolatus liber documentorum, seu idearum Politicarum, quem sub diversis Symbolis D. Didacus Saavedra Fajardus in lucem emisit, illumque meritò ab omnibus probari, & laudari consiperem, consultius mihi, tuaque majestati, & reliquis Lectoribus gratius, futurum existimavi, quæ ad illam congessera in Emblema quædam digerere, quæ Regi tui Decreti monita, & alia ad instituendum bonum Principem necessaria, distinctis similitudinibus, exemplis, & figuris ostenderent, congruisque Epigrammatis, & copiosis Commentariis illustrata, quid facere is, qui talis esse desiderat? quid contra fugere debeat, non solùm per aures demitterent, sed quodammodo etiam ob oculos ponerent, atque adeò potentius, & efficacius in ejusdem animum penetrarent, ut in commune bonum se illis instruere, juvareque posset. Quem esse Emblematum finem, omnes qui de eorum regulis scripserunt, uno ore testantur, & exemplo suo Augustus Caesar edocuit, qui, Suetonio (g) referente, in evolvendis utriusque linguae Auctorialibus, nihil æquè sectabatur, quām præcepta, & exempla, publicè, vel privatim salubria, eaque ad verbum excerpta, aut ad domesticos, aut ad exercituum Provinciarumque Rectores, aut ad urbis Magistratus plerumque mittebat. Hoc porrò opus, nulli alii, quam excelsæ Majestati tuæ dicari potuit, vel debuit, non tam quod his documentis indigeat, qui illorum Magister esse conspicitur, & me, ad ea proferenda, suis dictis, & factis instruxit, quām, ut eo unde exierunt, remearent, & fluminum instar, quas ab Oceano capiunt aquas, Oceano redderent. Maximè cum ab eo homine proficiscantur, qui se tot titulis tibi obæratum agnoscit, & nihil vel studio, vel fortuna acquirere possit, quod humilis servus tali, ac tanto Domino jure non quarat, & re ipsa, & animo, alia longè majora offerre non optet. Accedit his, quod cum hic liber de Regibus, & cum Regibus agat, & quibus virtutibus ornari debeant, commonefaciat, nullum aptius Emblema ad eas ostendendas, & suadendas eidem propnere potui; quām Augustæ Majestatis tuæ Serenissimum vultum, quem in ejusdem libri fronte hac de causa locare curavi, cum in te uno, omnes quas in aliis optamus, veluti in proprio domicilio conquescant, junctisque manibus, gratiarum instar, in commune totius Orbis bonum semper incedant. A quibus sigillatim referendis, & efferendis, abstineo, cum ita per totum ipsum splendeant, & supervacuis impendii laborare videar, si solem certem facibus illustrare, vel intra Epistolæ Cancellos arctare, quod latissimum dicendi campum exposcit, & me in id vel sponte currente, cui, extantis dotibus, & virtutibus, primas meæ orationis partes adscribam, ancipitem reddat, non aliter, atque

Rubra dubitat rimatur arene,

Quām prius è variis gemmam legat. Ardet Hyaspis,

Lucet Onyx, viridi radiat fulgere smaraglus,

In partes dubium varias, & singula circum

Illum agit hærentem, spectandi immensa voluptas.

Nullum etiam pariter tutelare Numen potentius, vel præsentius eidem libro,

quam

(g) Sueton. in Augst. cap. 89.

quām eumdem imaginem comparare , quæ , ut ipsa præfert , totum ferè terrestrem globum sibi supponit , & ita longè latèque dominatur , ut omnes , hucusque cognitas Monarchias , multis partibus superet , verum certumque redens , quod hyperbolice de Romana cecinit Horatius (b) dum dixit:

Per quas Latinum nomen , & Italæ  
Crevere vires : famaque , & Imperii  
Porrecta Majestas , ad ortum  
Solis , ab Hesperio cubili.

Claudianus (i):

Subdidit Oceanum sceptris , & margine Cœli  
Clausit opes.

Et Rutilius Numatianus (k):

Volvitur ipse tibi , qui continet omnia Phœbus ;  
Eque tuis ortus , in tua condit equos .

Et nuperus quidam Scriptor , qui longum , & elegans carmen , quo hoc ipsum ostendit sic clausit (l):

Hesperius nemo Regnorum finibus exit , longius , &c.  
Ceterum , quoniam de hoc arguento alibi (m) pluribus egi , cohære quoque nunc in eodem calamum expedit , præsertim cum quò Celsiorem , & Augustiorum Majestatis tuæ gloriam , & potentiam ostenderim , eò majorem audaciae notam incurrire possim , qui tantum Regem adeò tenui , & levi densi (quod ajunt) munere , audeam interpellare . Sed quem tua terret Majestas , eximia , & omnibus nota clementia , & benignitas excitat , quæ sola te ipsum ex magno majorem reddere potuit . Et quòd in ejusmodi oblationibus , offerentis potius animus , quām oblatæ rei pretium attendi debet . Unde cum Lucano (n) concludam :

Quòd , si digna tua minùs est mea pagina laude ,  
At voluisse sat est : Animum non carmina jacto .

Et Deum Opt. Max. enixis , & supplicibus votis precari non desinam , ut Majestatem tuam , in commune Christiani Orbis bonum , per plures annos in colummam servet , & felicibus auspiciis , tam bello , quām pace , secundet , & optata virili prole facundet .

LEC-

(b) Horat. 4. carm. Od. 15.

(i) Claud. in 4. Cons.

(k) Rutil. in Itiner.

(l) Hugo Grothius in Poem. lib. 2. Sylva.

(m) Ego 1. tom. de Indiar. Jur. lib. 1. cap. 16. ex  
dum. 42. ad 94.

(n) Lucan. in Corm. ad Pison.

## LECTORI.

Nescio an te , Lector , ut solent alii , candidum vocem , cum jam , vel de suo tempore , dicat Ovidius (a):

Candor in hoc ævo , res intermortua penè .

Et in nostro , sic se hodie mores hominum habeant , ut non solum omnes sapere , omnes censere velint ; sed , quod magis dolendum est , vix aliquis librum aliquem , laboris sui fructum , & testem , in lucem mittere paret , quin jam alii , ad illum carpendum , & mordendum , Aristarchi obeliscos intendant , & Theonis dentes exacuant . Sed qualicumque sis , si Scriptionis hujus causam noscere cupis , eam ex Epistola ad Potentissimum Regem nostrum Dicatoria discere poteris : Si laborem , & utilitatem , hoc etiam tibi ipsius libri lectio monstrabit , quem fortè magis fructu , quām fronte , aut fronde beatum reperies . Cum ultra Emblematum inventionem , metrictamque eorum expositionem , quam tibi estimandam , & cum aliis hujus generis conferendam , relinqu , peculiaribus Commentariis singula illustrare curaverim , in quibus quicquid ad unius cuiusque thema , vel lemma ornandum , & comprobandum in Sacris literis Sanctum , in Sanctis Patribus pium , in Philosophis serium , in Jure consultis maturum , apud Oratores grave , in Annalibus fidele , in Panegyristis plausibile , in Poeticis lepidum , in Symbolicis , & Emblematariis figuratum inveni , eo studio congesi , ut argumenti veritatem , & utilitatem eloquentia commendet , & ipsa dicendi facundia simul ab ipso arguento commendationem recipiat . Eloquentia , inquam , non vana , nec assectata , vel ab ipsa sermonis obscuritate petita , sive , ut proprius dixerim , Mimica , qualem hodie (heu dolor) multi sectantur ; sed qualem materiæ gravitas , & dignitas exigit , quæ non tam diserta , quām fortia desiderat ; cum ad profectum , & bonam mentem in omnibus tendat , nec plausum querat , vel reconditos verborum fatores , ut alibi Suetonius (b) scripsit , aut inania seculorum ornamenta , sed salubria rerum emolumenta , & remedia magis quām lenocinia , quæ scilicet , ut in simili inquit Salvianus (c) : Non tam otiosorum auribus placeant , quām agrotorum mentibus prosint . Quam etiam Doctrinam Tullius (d) , licet Eloquentiæ parens , Philosophis tradit , inquiens , se in eis , si eloquentiam adferant , non aspernaturum ; si careant , non admodum efflagitatum , & imprudentiam magnam , aut stultitiam singularem esse , in solo verborum amore versari , rem verò , & causam , & communem utilitatem relinquere . Et Seneca (e) , qui non contentus uno in loco docuisse , melius esse res ipsas intueri , & harum causa loqui , ceterū rebus verba permittere , ut quā duxerint , hac inelaborata sequatur oratio . In alio (f) , ad Lucilium scribens , generalius effatur , non oportere viros magnos , anxios esse , circa verba , & eorum compositionem , neque esse argumentum virile concinnitatem , in qua aliqui juvenes , barba , & coma nitidi , & de capsula toti , totum opus ponere solent . Quod tamen ita accipiendum existimo , ut simul ab altero aliorum erro-

(a) Ovid. 2. de Ponte , eleg. 1.

(b) Sueton. in Praefat.

(c) Salvian. de Gubern. Dei , in Praefat.

(d) Tullius in Orat. pro Cecin.

(e) Senec. de Tranquill. vita , lib. 1. cap. 1.

(f) Idem ad Lucil. epist. 115.

re caveamus, qui putat, ex ejusmodi sententia licentiam dari, inquit, barbare, inculte, horridè loquendi, modus enim in rebus omnibus est servandus, ne in illud Horatii (g) impingamus:

Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

Et hoc est, quod Ego observare, & vitare curavi, modice, & quod in rem præsentem sufficiat, orationi deserviens, & cetera, quæ pompam magis habeant, quam fructum, ex professo relinquens. Quod si forte Zoilus aliquis adhuc oblatret, me rem ab aliis multis actam, nunc agere, eandemque alienis potius, quam meis sententiis, & documentis ornare, sileat precor, & sciat, tam vetus, quam certum illud Comici esse (h): *Nil dictum, quod non dictum prius*, sed adhuc, ut benè Baldus (i), post Senecam (k), inquit, scientiam non esse occupatam, nec inventa inventuris obstare, vel illos inglorios manere, qui ab aliis semiperfecta, ad finem perducunt, vel ex alienis velleribus suam telam contextunt, vestemve, ut polimitarii solent, sericis, aureisve phrygionibus ornant. Sic enim Graecos Philosophos Poetasque fecisse, late Clemens Alexandrinus (l) ostendit. Et Divus Hieronymus (m), postquam eodem modo Divum Cypriani, Lactantium, & Hilarium excusat, qui post Tertullianum ausi sunt, fermè per eamdem lineam, serram reciprocare, sive eamdem incidere tundere, ita, valde nostræ intentioni coherenter, subjungit: *Stamina, & fila nonnumquam ponunt priores, ut posteriores vestem inde confiant*. Divus etiam Augustinus (n), idem ipsum edocens: *Utile esse*, inquit, *plures libros à pluribus, diverso stilo, etiam de eisdem quæstionibus fieri, ut ad plurimos res ipsa perveniat, ad alios quidem sic, ad alios verò sic*. Et plane, licet quæ alienis sententiis, & auctoritatibus adstruo, Ego eisdem nec visis, nec lectis, congruenter fortè, pro meo tenui captu, dicere possem, sententia tamen Seneca (o) hærens, quidquid ab aliis benè dictum est, meum facere potui, & quas Regibus, ac Principibus doctrinas suadere cupio, majus apud ipsos pondus habituras putare debui, si his veluti robustioribus pedamentis, aut tibicinibus fulcirentur, Macrobi (p) consilium sequens, qui similem objectionem, quam sibi fieri posse prævidit, quod aliorum auctoritates suis libris insereret, his verbis excusat: *At cum à veteribus dicta referimus, ipsorum Auctorum dignitate defendimur*. Seheca (q) etiam, licet in quadam Epistola notare videatur eos, qui sub aliis moventur, & hoc Zeno dixit, hoc Cleantes, ingeminant, nihil de suo proferentes, dignum (r) quod memoria mandetur, in eadem tamen, & in aliis, ita priores sequi, & allegare permittit, ut non Dominos, sed duces nostros esse arbitremur, & apum imitatione, quidquid lectione collectum est, stilus redigat in corpus, ut etiamsi apparuerit unde sumptum sit, aliud tamen esse, quam unde sumptum est appareat. In eamdem Doctrinam, & apum similitudinem, plures alii consentiunt, quos alibi (s) adduxi, & nunc quia trivialis est, missos facere

(g) Horat. lib. 1. Satyr. 2.

(h) Terent. in Prolog. Eunuch. Erast. in hoc Adag. p. 537.

(i) Bald. in Proem. Decretal.

(k) Senec. epist. 79.

(l) Clemens Alexand. lib. 6. Strom. cap. 1.

(m) D. Hieron. in Praefat. epist. ad Hebr.

(n) D. August. in quæst. de Trinit. cap. 3.

(o) Senec. epist. 16.

(p) Macrobi. 2. Saturn. cap. 1.

(q) Senec. epist. 33.

(r) Idem ibid. & epist. 45. & 80. & 84.

(s) tom. lib. 2. cap. 1. ex num. 2. ad 18. Noviss. Pat. Gabr.

de Henao in sua doctiss. Empirologia, praefat. 8. ex num. 24.

volo. Solinum (t) addidisse contentus, qui suum se Polyhistorem ex antiquorum libris consarcinasse, his verbis excusat: *Quid enim proprium nostrum esse possit, cum nihil omiserit antiquitatis diligentia, quod intactum ad hoc, usque ævi permaneret*. Et aptius adhuc Justum Lipsius (u), qui ita de Centonibus hinc atque illinc accersitis, ex quibus suam construxit Politicam, loquitur: *Quid utilius potui, quam tot sententias in unum conducere, pulchras, acres, & ita me salutem amet, ad salutem natas generis humani?* Nam quod Ego eadem dicarem; eo quando mini eademvis, aut fides: *Ut in uno aliquo telo, aut gladio, multum interest à qua manu veniat: sic in sententia, ut penetret, valde facit robustæ alijcujus, & receptæ auctoritatis pondus, at qui ea veteribus adest, &c.* Quod urgenter, & præstantius, adhuc in sententis carminibus comprehensis contingit, quibus, secundum Senecam (x): *Magis animi feriuntur*. Idque in causa fuit, ut Ego eis plurimum hoc inopere indulserim. Licere ergo mihi debuit, usurpare communia, non aliena occupasse, & novè sapè dixisse non nova, eademque venustasse, & fideliter coaptasse, præsertim cum nullum Auctorem sua laude fraudaverim, semper eos, per quos proficerim, fassus, & Symachi (y) expromissione, sive pollicitatione contentus, dum docuit, quodam paeto societatem laudis affectare eum, qui aliena benedicta congruenter enuntiat. Quare, & Luna, quamvis mutuato à Sole splendore præfulget, quia tamen illo aptè, & debitè utitur, æquè magni luminaris appellatione, ac Sol ipse in Sacra Pagina indigitatur. Quod autem mea hæc Emblemata, meis ipse comminationibus illustraverim, vitio quoque verti non poterit, nam idem omnes illorum Scriptores, tām nostrates, quam alienigenas, uno Alciato excepto, fecisse complices, ut quæ carmine, vel lemmate breviter insinuantur, latius aperiunt, eorumque mentem, & originem, suique animi sensa, distinctius exparent. Quod nemo melius, quam ipse Auctor præstare potest, ut in suis Paradoxis Cicero fecit, brevem, & occultum uniuscujusque titulum, longa interpretatione patefaciens, & Joannes Picus Mirandulæ Princeps, alia exempla recensens, & eamdem rationem adducens, cur suos ipse sacros, & heroicos Hymnos, omni quidem laude dignos, propriis glossematis explanaverit. At, si rursus objicias, nec mea ætate, conditione, vel professione hoc opus dignum videri, à quo fortè majora tibi pollicebaris, & in quo sera hæc, & minus seria industria, turpis ambitio videri potest, ut alibi in simili Plinius Junior (z) scripsit, animadvertis precor, me succissivis horis ista curasse, & in graviorum studiorum veluti levamentum, quorum satietatem, aliorum interpositio depellere solet. Et vel hac excusatione cessante, hoc ipsum, quod minus serium prima tibi fronte videtur, penitus inspectum (quod præfiscine dixerim) Alcibiadis Silenus exhibitorum, cum plura introrsum, quam putas, mysteria, & documenta continet, quam ad Dei cultum, ad Principum institutionem, & cuiuslibet benæ moratae Reipublicæ gubernationem conducent, omniumque fere disciplinarum concentum, quem Græci Encyclopædiam, Quintilianus (a), & alii Orbem Doc-

b tri-

(t) Solin. in epist. ad Autium.

(u) Lips. in Praefat. ad suam Politicam.

(x) Senec. epist. 108.

(y) Symmach. in Epistolis.

(z) Plinius Jan. lib. 3. epist. 1.

(a) Quintil. lib. 1. Inst. orat.

trine vocare solent. Ita ut si velis singula Emblemata , locis Sacrae Scripturæ, Jurisconsultorum responsis , Philosophorum platicis , Politicorumvè Aphorismis aptare , id facili negotio consequi possis , & pariter , ut cum Sidonio (b) loquar , ad alia nomina Camænarum , quæ propriam de se sibi pariunt nuncupationem. Bona ergo mente , quæ bono animo dicta sunt cape , quæ tibi placuerint , cum minus placitis pensa , quæ vulgaria censueris , aditum ad selectiora , & reconditiona parare considera , & juxta Divi Leonis (c) Papæ sententiam , melius esse doctos onerare jam notis , quam rudes fraudare descendis. Et denique , si in aliquo fortè errasse , vel minus rectè sensisse compereris , fas esse longo inopere somnum obrepere , & ubi plura nitent in eo , non debere Lectorem paucis offendit maculis (d):

*Quas aut in curia fecit,  
Aut humana parum cavit natura.*

Quod si adhuc livori tuo , magis quam labori meo deferens , in mordendo , in carpendo persistas , hoc mihi nunc magis placebit , quod tibi non placeam , modo doctis , & probis non omnino dispiceam , à Symacho (e) doctus , fructum laboris esse , placere melioribus , & à Menandro:

*Ubi agere honesti insistis , aut quicquam boni,  
Propone spem menti bonam : certus Deum  
Conatibus justis tuis fore adjuvam.*

Mens quippè boni studii , & pii voti , ut Salvianus (f) dixit , etiamsi effectum non invenerit capti operis , habet tamen pretium voluntatis. VALE.

(b) Sidon. lib. 5. epist. 2. ad Mamer.  
(c) D. Leon. Serm. 5. de Nativ. Domini.  
(d) Horat. in Art. Post.

(e) Symmach. lib. 9. epist. 39.  
(f) Salvian. in Praef. ad lib. de Gubern. Dei.

DE

G DE DON GREGORIO DE TAPIA Y SALCEDO , CABALLERO , Y FISCAL  
del Orden de Señor Santiago á la Obra , y Retrato del Autor.

**S O N E T O .**  
**N**o en lienzo de colores eloquente,  
Ni en lámina de líneas animada  
Puede estar dignamente colocada  
De tu efígie lo ilustre , y lo eminentre.  
Sol eres (gran Solorzano) luciente,  
Y así en la superficie mas dorada,  
Rayos del Sol la mostraran copiada,  
A Oriente ahora , si antes á Occidente.  
Bartulo nuevo , Baldo mejorado,  
Diste á otro Polo luz con gran decencia,  
En que fuiste Maestro celebrado;  
Y ahora del Egypto en la eloquencia  
Simbolica eruditó has ostentado,  
Que eres simbolo y timbre de la Ciencia.

Doctoris D. Francisco de Solorzano Pereyra & Paniagua , Authoris filii , & in Alma Saguntina Ecclesia Canonici , & Scholastici. Ad Patrem carissimum.

QUERULUM EPIGRAMMA.

**E**sse licet soleat votum commune Parentum,  
Annare in natis nomen , & ora sua.  
At tu , care parens , quamvis tibi plurima Proles:  
Æternus Libris vis magis esse tuis.  
Dumque cupis famam doctis pretendere chartis,  
In natis tantum linquitur invidia,  
Aut lachrymæ , quales fudit cum parvulus olim  
Vidit Alexander clara Trophaea Patris.

*Ad eundem amplissimum virum , quod etian nunc senex , chartis impalescat.*

DISTICHUM CHRONOLOGICUM.

SICCIne nVLLA qVIes? Carpent nVLLa otla MVsæ?  
Vltæ flLa tVæ teXVIt an ne Labor?  
Anno M.DC.LII.

Licent. D. Didaci Bolero & Caxal , in Regis hujus Curie Tribunalibus causarum Patroni , & simul in Supremo Sancte , & Generalis Inquisitionis Consilio , pauperum , & Carceratorum Advocati.

*In Laudem Operis , & Authoris , sibi multis titulis venerandi.*

**E P I G R A M M A .**  
**A**uctor inexhaustas magno cum Numine Divum,  
Alterius postquam protulit Orbis opes.  
Dum præclara parat patrio glossemata Juri,  
Doctus utroque foro , magnus utroque Polo.  
Alciato similis , non ulli laude secundus,  
Hoc Suadæ , & Phœbi nectare sparsit opus.  
Principis exemplar reddunt Emblemata veri,  
Quo possint mores , Regnaque jure Regi.  
Imperio majus , legi est submittere culmen,  
Ergo operi meritò cedere scepta queunt.  
Si tulit is punctum qui miscuit utile dulci,  
Hic liber est , ultra plus nihil esse potest.

b 2

Ad

Ad ejusdem operis, & Authoris Laudem, Reverendi Admodum Patris, Sancte Theologiae Magistri, Fr. Nicetophi Sebastiani Melissenii, Ord. Erem. Sancti Patris Augustini.

EPIGRAMMA.

Dum, Solorzane, tradis Centum Emblemata Regum,  
Arque hos regnandi munera certa doces:  
Par Tibi munus erit, paria hi Tibi dona rependent,  
Per Te illi vivant, Tu per eos vigeas:  
Et Te, Lucifero exorto, jam Regibus ultra  
Hesperus Hesperii non metuendus erit.

D. Joannis de Henso, in laudem D. Joannis de Solorzano Pereyra.

EPIGRAMMA.

Prinzipis advigilas doctrinæ, & moribus Argus,  
Qualiter, & Custos Isidir ille vigil.  
Centena ceu luce, micas Emblemata Centum,  
Quis vigor illius Luminis impar eat.  
Sidera Aristoride proles Cyllenia clausi,  
At tua nec tempus clausa videbit iners.  
Tu te ipsum super astra levias, & ut Astrifer Argus  
Indefectibili lumine Stella nites.

Aliud ejusdem in eundem.

Nullus ab Occiduis redit te opulentior Indis,  
Et nec congesit largius ullus opes:  
Aureus Hispani relegis tua litora mundi,  
Sed non vel Cresi, dicitissime Midas.  
Scilicet, & Phrygii, & Lydi dona aurea Regum  
Pectora Magnanimi non terigere viti.  
Aureus ast nostras relegit Chrysostomus oras,  
Cui mirat aurilouis aurea lingua modis;  
Hisce autem Regum sic sacra Palatia ditas,  
Ut tibi jure Orbis plauenter illud ovans;  
Per te Saturni redeunt, Solorzane, regna,  
Nostraque Politici aures secula facis.

D. Joannis de Solorzano Aranda, Equitis Jacobei, in laudem D. D. de Solorzano Pereyra avunculi sui.

Qui Indiacas olim dedit legibus oras,  
Dixit, & auriferis aurea jura plagis;  
Non minus, ac Indum, nostrum fortunet ut Orbem,  
Dogmata dat genio gemmea digna suo:  
Ardua Politicus subit ecce Palatia Regum,  
Atque animos loquitur, quos sacra Sceptra decent.  
Moribus his gaudet Regalis purpura tingi,  
Major, & hinc ostro surgit honoris apex.  
Ædipodionida Centeno Emblemata signat;  
Quis magna Alciato se tulit usque parem.  
Immortalis tibi, Solorzane, praeclino nomen;  
Dum Regum steterint Sceptra, superstes eris.  
Æternis animis hominum tua scripta perennant  
Sculpta, velut firmis ære, adamantis, cedro.

D. Joannes de Solorzano Paniagua, Calatravensis Eques, in Collegio majori Salmantino, quod Archiepiscopi vocant,  
purpuratus, optimi Parentis optimo opere.

Nunc mihi Castilio latices è fronte propina  
Phæbe: jubet Patrius condere carmen amor.  
Condere cogit amor, sed non fidente paratu,  
Te, Pater, ut celebret, nostra Thalia venit.  
Te frontis commendat honos, te gratia lingua,  
Atque capax gemini Mens generosa Poli.  
Tu Musis, primis etiam dilectus ab annis,  
Nosci quas Elicon condat avarus opes.  
Abdita mōx legum pandis arcana, diserto  
Mox calamo exernas jura verenda fori.  
Inde suas dives tibi crediti India leges,  
Credidit & leges tellus Ibera suas.  
Nec tibi civiles satis est componere mores,  
Unus quem nequit continuisse Polus.  
Instituit Reges, populis qui iura dedisti,  
Ingenio major Regibus inde tuo.  
Nam tibi, cui desunt Sceptra, immortale parabit  
Nomen, quo Reges instruis, istud opus.  
Parcat livor edax illi, & per secula vives  
Minos Judicibus, Seneca Principibus.

IN-

# INDEX, ET SUMMARIUM

EMBLEMATICUM, ET LEMMATUM REGIO POLITICORUM,  
quæ in eis continentur, & illustrantur.

EMBLEMA PRIMUM.

Ex Dei mundum incubantis figura, cum Lemmate: *Totum condens, totum compleps quo, ex Dei incondendo Mundo Potentia, & divina in omnibus inter essentia, ipsum solum, summum ejusdem Mundi Imperium tenere, probatur.* Pag. 1.

EMB. II. Ex historia Sybillæ Tiburtinæ, Augustum Cæsarem admonentis, Christum recens natum, solum & verum Mundi Dominum esse, & vocari posse, cum lemmate *Deus solus Dominus, & copiosa relatione, & damnatione eorum, qui hoc nomen, & alias divinos Titulos affectarunt*, pag. 6.

EMB. III. Ex historia Salmonei, Jovis sibi fulmina vindicantis, cum lemmate *Superborum Principum Typus*, & variis locis, & exemplis divine punitionis, in eos, qui Dei potentiam superare, vel æmulari ausi sunt, pag. 11.

EMB. IV. Ex loco Plauti, Deum homines, quasi pilas habere, dicentes, cum lemmate *Reges Deus habet quasi pilas, & longa ejus explicatione, aliorumque, quibus homo Ludibrium Dei appellatur, & variis exemplis, quibus idem ostenditur, inter quæ novisimum de Rege Angliae Carolo Stuarte, à suis capite plexo, pagin. 15.*

EMB. V. Ex vitrea, & alata Fortuna pictura, cum lemmate *Fortuna vitrea est, & utili, & copiosa Regum admonitione, quam parum ei fidere debeant, & ne, illius aure prosperè flante, superbiant, sed Deo, qui verus Fortunæ est avator, se totos, suaque omnia tam bello, quam pacem committant*, pag. 22.

EMB. VI. Ex historia vieti, victique Regis, Seustris currum trahentis, cum lemmate *Advertisorū levamen, & lata ejusdem Historiæ, & aliorum similium relatione, & variorum locorum expensione, quibus Reges momentur, in adversa Fortuna, ex ipsis versatilis rotæ variatione, bono animo esse, & spem melioris habere*, pag. 31.

EMB. VII. Ex Paxilli non bene parieti hærentis, apud D. Cyprianum similitudine, cum lemmate *Labitur, quod Deo bene non hæret, & luculentia ejus illustratione, & Regum admonitione, quod tunc fortunam constantem, & manentem sperare possint, cum Deo & virtutibus bene adhæserint*, pag. 35.

EMB. VIII. Ex Jovis pictura, cum titulo *Optimus Maximus*, quo ab Ethniciis donari solebat, & lemmate *Optimus, ut Maximus, à Cicero, Seneca, Plinio, & aliis mutuato, qui hinc*

vanos, & superbos aliquorum Regum, & Imperatorum Titulos carpunt, & prius Optimos se suis gestis, & virtutibus ostendere debere docent, quam *Maximi*, aut *Magni*, appellationem admittere. Pluribus locis, & exemplis in hujus Doctrinae comprobationem adductis, pag. 44.

EMB. IX. Ex historia Rudolphi Imper. piæ, & religiose Sacram Eucharistiam comitantis, cum lemmate *Religionis Premium, & Regum ad hoc exemplum sequendum, & Religionis curam habendam, exhortatione, & quantum in hoc Hispani, & Austraci semper excelluerint ostensione*, pag. 49.

EMB. X. Ex alia historia ejusdem Rudolphi, Crucem pro Sceptro in sua inauguratione sumentis, cum lemmate *Sceptrum Prestabile, Quod locutore ornatur, & in vera Crucis, & Christi Imitatione, & Pietatis, ac verae Religionis stricta observatione, verum, & secundum Regum, & Regnum Sceptrum Fulcrumque consistere, pluribus demonstratur. Multis etiam, in Crucis laudem, & gloriam, adductis, & expensis, pag. 54.*

EMB. XI. Ex Mercurii caduceati, homines tamquam oves pascentis, & regentis figura, cum lemmate *Hominum Regimen Deos poscit, & lata hujus sententia illustratione, & quod Ars Regnandi, est Ars Artium, & Divinum hominem poscit, & qualiter Reges suorum Populorum Pastores, Patres, & Medici esse debeat, vocarie soleant*, pag. 61.

EMB. XII. Ex lucernæ ardenti similitudine, à Sacris, & Prophanis literis sumpta, cum lemmate *Symbolum Regum*, quo eorum officium significatur, & qualiter suis lucere debeat, & pro illis tuendis, & illuminandis ardere, & vitam impendere. Pluribus ad hoc probandum, & ornandum adductis, & cur olim ante Imperatores lucernam præferre, moris fuisset, pagin. 66.

EMB. XIII. Ex humani Capitis representatione, ad cuius similitudinem se habere in omnibus Principes debent, cum lemmate *Officium Regis, officium Capitis, & copiosa, & laboriosa ejus comprobatione, & illustratione*, pag. 70.

EMB. XIV. Ex Apophthegmate Henrici IV. Galliarum Regis, Regum vitam officio Textoris assimilantis, cum lemmate *Regum vita, quasi Texensis*. Et curarum utriusque peculiari expensione, & comparatione, pluribus gravissimorum Auctorum testimonii locupletata, pag. 77.

EMB. 5